

perverso ingenio vel persecutione aliqua imminente seu quolibet tarditate vel negligentia interveniente invadendo vel subtrahendo abstulit vel si quilibet ex praedictae ecclesiae mancipiis quocumque malo ingenio a servitio ipsius se occultavit¹ aut fuga lapsus subtraxit² et hoc praelatus ipsius ecclesiae vel sui³ successores una cum suis advocatis⁴ et testibus idoneis probare potuerint, ita per hoc altitudinis nostrae testamentum approbent et in integrum quae sua fuerint ipsa recipiat ecclesia sine alicuius contradictione vel intermissione potestatis. Verum ut haec omnia firmitus teneantur, quicunque executores huius nostrae auctoritatis, quam illi sanctae matri ecclesiae stabilivimus et eius in bono adiutores extiterint, hos quantum nobis potestas a Deo per beatum Petrum collata est, sicut sanctae ecclesiae cultores⁵ absolvimus. Illos vero, qui contrarii quolibet modo extiterint, sub anathematis vinculo, nisi resipuerint, usque in diem Domini obligamus. Pax et gratia Christi observantibus multipliciter.

Scriptum per manum Theodori notarii et subdiaconi sanctae Romanae ecclesiae in mense Ianuario, indictione undecima. Bene valete.

Datum V. Idus Ianuarii per manum Nicholai primicerii summae apostolicae sedis, anno Deo propitio pontificatus domini nostri Leonis pontificis et universalis septimi⁶ papae in sacratissima sede beati Petri apostoli tertio, in mense et indictione undecima.

Pariser Nationalbibl. Coll. Baluze 78 f. 5'. Abschrift, von Baluze im Jan. 1667 gefertigt: 'Ex chartulario vetere ecclesiae Aurelianensis, ubi bulla num. XIX signata est'.

X.

Benedict VII. bestätigt der Cathedrale von Orléans ihre Besitzungen und Rechte. 974—980. J.-L. 3801.

Benedictus episcopus servus servorum Dei Arnulfo religioso praesuli sanctae matris Aurelianensis ecclesiae in honore sanctae Crucis dicatae suisque successoribus in perpetuum. Convenit apostolico moderamini *etc. ut in superiore bulla usque ad* et alii dei fideles eidem contulere ecclesiae. Res autem quas iam dictus imperator Karolus eidem reddidit ecclesiae et postea gloriosus rex Ludovicus *etc. usque villa quae vocatur Curtis*, quam nuper saepedictae ecclesiae Odo comes reddidit consentiente Hugone duce Francorum cum omnibus ad eam pertinentibus. Beneficium etiam quoddam Gauzfredi comitis, in quibuscunque pagis vel provinciis situm sit, quod idem Ugo

1) 'occultaverit' B. 2) 'subtraxerit' B. 3) Fehlt in B. 4) 'advocatis' aus B. 5) In der Bulle B. wird hinzugefügt: 'si emendare voluerint'. 6) 'sexti' Hs.